FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

# DE MEMO||RIA REPARANDA, || AVGENDA SER-||VANDAQVE LIBER || VNVS. || DE LOCALI VEL AR||tificiosa Memoria || Liber alter. ||

Grataroli, Guglielmo

Romae, 1558

## Caput quintum, nonnulla probatiora selectaque medica remedia composita continet seruantia multumque augen tia memoriam.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150925

Visual Library

mni aſſumpta, vel myrobalanus ce pulus conditus ſumptus in aurora vel horis 4. ante cibum benéque manſus ſemel in hebdomada, memoriam reſtaurant ab humido læſam præſertim. ita paſſulæ, &c.

Zingiber conditum bis aut ter in hebdomada ad quantitatẽ auellanæ vel paruæ caſtaneæ ſumere in mane ſtomacho vacuo, proderit; itidem diambar cõfectio facit.

*Caput quintum, nonnulla probatiora ſelectaque medica remedia compoſita continet ſeruantia multumque augentia memoriam.*

ANtidotum mirabiliter conferens memoriæ, lethargiæq; vel obliuioni; ventriculum confor

tat & omnia debilitata membra ex phleg= mate & frigore.

Rec. zingiberis, galangę, maſti cis, cumini, origani ana drach. 6. nu cis moſchatæ, calami aromatici, aſ ſari, carpeſiorum, ideſt cubebarum, ligni aloës, maceris, ſeminis apii, ammeos ana drach. 2. thuris al: bi, garyophyllorum, cardamomi, zedoariæ, piretri, caſtorei, piperis lõgi & nigri, coſti, cyprei ana dra. 3. mentæ ſiccæ vnc. med. terãtur & puluerizentur omnia, ac cum peni diarum & mellis deſpumati quantitate ſufficiẽti fiat Eclegma. Cuius modus vſus, vt reliquorũ ſit, præſertim tempore frigido vel non ca lido multum, & per interualla.

Pomum odorandum pro memoria; Rec. radicum iridis drac. 1.

medi. ſeminis ſeſeli id eſt ſileris montani, ſtichados ana drach. 2. nucis moſchatæ drach. med. mentæ drac. 1. ambari (vulgo ambræ) thuris, calamenti, ſtyracis, ligni aloës ana drach. med. ladani quantũ ſufficit, fiat pomũ ſecundum artem.

Probatiſsimum experimentum ad ingenium & memoriam, quod ferunt eſſe Ariſtotelis. Reci. vrſi pinguedinem quam habet in humero ſeu ſpatula dextra, eamq; repone in veſica ipſius vrſi ſimul cũ eius vrina, & ſimul ſtent octo diebus; tũ extrahe, & accipe ſuccum horminii ſiue ſchlareæ domeſticæ, Eufragiæ, verbenæ, bugloſsi, phu ſeu Valerianæ, aloës, omniũ æqualiter, & ſimul miſce cum prædicta pinguedine ſuper ignem cum li-

gnea

gnea ſpatula agitãdo, quoad fiat vnguentum ſpiſſum, ex quo cum volueris accipe quantitatem paruæ fabæ & vnge frontem & tempora fricando aliquantiſper, & audita recordaberis.

Lixiuium ad confortandum caput & memoriam. Reci. hederam muralem, roſmarinum, laurum, ſtichadem, marrubium, & bulliãt in lixiuio, quo caput laua. idem ferè operãtur cupreſsi nuces, frequenti vſu.

Optimum remedium aliud, ſed longè difficilius paratu. Rec. florum citrullorũ ſiccorum, bugloſſi, roſmarini ana drach.2. chamæmeli, violarum, roſarũ ana drac. 1. med. ſeſeli drach.2. ſeminis viticis, rutæ campeſtris ana ſcrup.4.

foliorum lauri viridium, maioranæ, ſtichadis, ſaluiæ, florum ſambuci, artimiſiæ ana drach. 3. contundantur optime & infundantur in lib. 3. aquæ vitæ optimæ & vnc. 6. aceti albi ſcyllitici fortiſsimi, ac ſimul quieſcant duobus diebus in vaſe vitreo bene cooperto, & poſtea deſtilla ad cineres cum ſuaui igne; deinde. Reci. olei de terebintina deſtillati vnc. 8. prædictæ aquæ deſtillatæ vnc. 24. loco olei de been potes accipere olei deſtillati de adipe vrſino, ſed melius ſi de vtroq; acceperis partem mediam; ſi vero neutrum repereris; Recip. oleum ſambucinum; adde prædictis rebus capillos hominis bene aduſtos, nam à proprietate euigilare faciunt & excitãt lethar

gicos; miſceantur & deſtillentur in vaſe vitreo vſque ad extractionem totius aquæ,& aquam ipſam ſeorſum ſerua; Deinde, Recipe euforbii drach.4.piperis longi dra. 3.med.cumini drach.3.thuris maſculi clari vnci. 2.& drach.2. maſticis, myrrhæ electæ ana vnci. 1. anacardorum bene contuſorũ vnci.1.drach. 2. carpobalſami dra. 4.pulpæ caſtorei drach.med. myrobalanorum empeliticorũ drac. 4.med.opopanacis vnc. 3. ſerici crudi minutímque inciſi drach. 1. med.coſti, radicum peoniæ feminæ, Cyperi electi ana ſcrup.4.ladani drach.3. ſanguinis draconis id eſt gummi ita ob ſimilitudinem dicti drachm 2. med. bdellii clari drach.6.pulucrizanda pulucrizen

tur optime, & omnia infundãtur ĩ prædicto oleo toto, & ſic quieſcãt in balneo temperato, ſimul in vaſe vitreo bene obturato diebus 5. ſed ſingulo die arundine ſicca cõ moueantur miſcendo, poſtea colentur & optime exprimãtur cum panno rudi prius infuſo in aqua & bene expreſſo; Et oleum poſtea taliter expreſſum deſtilletur, vel fiat ſicut in deſtillatione olei de ladano fit. videlicet, primo incipe cum igne carbonum leui ad fornacem, donec leuiter ebulliendo incipiat communiter deſtillare, de inde procede cum leui & pauca flamma & quandoque interpolata, donec liquidum & ſubtile deſti letur quaſi totũ ex appoſitis oleis, id quòd ſcire poteris ex viſu, ſed

melius ex pondere olei deſtillati; poſtea procede cum igne carbonum mediocri, omittendo omnino flammam; & deſtillatum ſeruetur in vaſe vitreo bene clauſo; Demum. Reci. galliæ muſchatæ, garyophyllorum, macis, cubebarum, nucum moſchatarum, cardamomi ana ſcrupu. 4. ſpicæ, calami aromatici, corticum citri exteriorum ana ſcru. 2. ligni aloês boni drachm. 2. media ambari electi drach. 3. med. moſchi optimi dra. 1. med. puluerizentur omnia ſubtiliter & miſceantur cum toto prædicto oleo deſtillato, ſicque ſimul quieſcant duobus vel tribus diebus in calore temperato, & poſtea iterum deſtillentur arte ſua, & ad ſubtilem ſubſtantiam reducantur,

ſeruentúrque in vaſe vitreo forti bene clauſo cum cera, & eſt optimum. Vtendi modus talis eſt, vt prius ſi oportet facta purgatione totius vel capitis, eo vtaris incipiẽdo menſe nouembri per dies quinquaginta continuos, poſtea ſemel omnibus octo diebus, poſtea ſolũ quando vis memorari, capiendo illud in ſero præcedenti, ante mane quo vis recitare vel cõcionari.

Vnguentum ad idem. Reci. adipis vrſi, capi, gallinæ, vaccæ & gũmi hederæ ana pondus æquale, omniaque alembico vitreo deſtilla ſuaui igne, quo oleo vnge tempora & pulſus manuum ter in hebdomada, & rem optimam ſenties.

Vnguentum quo tempora vnges mediocriter in tempore frigi-

do tantummodo. Rec. talpæ pinguedinẽ, vrſi, muſtelæ caſtoreiqꝫ ana, ſucci betonicæ & roriſmarini ana; ex omnibus confice vnguentum, quo vtebatur, vt fertur Ariſt.

Vt profundè memoria teneas & perpetuo, vtque velociter apprehendas, hoc vſi ſunt multi magni viri. Reci. radicum linguæ bouinæ, radicum valerianæ, ana vn. 4. radicũ rutæ vnc. 2. fac inde pulueres ſubtiliſsimos; Poſtea Recip. ſuccũ eufragiæ, ſchlareæ ſiue orminii, verbenæque ana vnc. 4. colетur bene ſuccus per pannum, poſtea miſce ſuccos ſimul, & pulueres ſimul, ambo tamen ſeparatim, poſtea Rec. medullam anacardorum vnc. 1. pondere, & fac puluerem vt ſupra. Item Recip. linguæ

auis id eſt ſemen fraxini & fac pul
uerem ſubtiliſsimũ, poſtea miſce
omnia prædicta ſimul ſcilicet ſuc
cos & pulueres, & accipe ſartagi-
nem terream vitreatam, & pone
ad ignẽ, intuſque pone ex vrſi pin
guedine, & funde ſeu liquefac pau
latim, & intus proiice dictos pul-
ueres cũ ſuccis miſcendo ſemper,
apponendo de dicta pinguedine
quouſque fiat vnguentum ſubtiliſ
ſimum, quo vnge tempora & par
tem memoriæ & frõtem & verticis
partem verſus nucham, hocque
ter vel quater in anno facies, & cõ
tinuabis ſic vngendo etiam prout
magis aut minus oportebit, hoc
enim in virtute excedit ſuperſtitio
ſam artem Notoriam.

Ad idẽ Rec. octo calices aquæ

communis, foliorum hederæ, ſti-
chadis ana lib. 1. med. ponantur
ſimul in aqua ad bulliendum ferè
ad conſumptionem aquæ, poſtea
coletur benéque exprimatur, &
intus pone modicum terebentinæ
lotæ cum roſacea, poſtea caput
laua cum bono lixiuio, & poſt exic
cationem, vnge cum prædicto li-
quore tempora & occiput.

Pomum odoriferum ad confor
tationem cerebri frigidi, Reci. la-
dani, ligni aloës, ſtyracis, ana dra.
1. garyophyllorũ, nucis moſcha-
tæ, ſeminis ozimi ana drach. med.
cum aqua roſacea in qua nonni-
hil moſchi & ambari diſſolutũ ſit,
fiat pomum.

Ad habendam profundam me
moriam, uel ſi quis eam ex debili

tate aut infirmitate amiſiſſet; valet etiam vertigini. Recip. roriſmarini id eſt libanotidis, boraginis, chamæmeli, violarum, roſarũ ana vnc. 1. ſtichadis, foliorũ lauri, maioranæ, ſaluiæ ana vn. 2. omnia incide & pone ĩ optimo uino, & poſt diem deſtilla per alembicum uitreum aut uitreatũ, & deſtillatum ſerua, in quo pone terebentinæ odoratæ lib. 1. thuris albi vnc. 8. maſticis mirrhæ, bdelii, anacardorũ ana vn. 4. omnia tere & dimitte ſic ſtare per dies quinque cum deſtillatione cooperta, poſtea deſtilla in tantũ cum igne fortiori donec ex eis oleum habeas, quod ſerua bene clauſum in ampulla uitrea bene cum cera & pergameno obturata. modus uſus talis eſt, Rec.

ex eo quantum caperet cortex auellanæ per os, & unge etiam partes memoriæ, ſcilicet occiput & quaſuis partes iam dictas, optimum experies.

Poſſem hic plura etiam utilia remedia aggregare, ſed hæc ſufficient, & uiam ſtruent aliis pro occaſione parandis; nam breuitati ſtudui, & meliora ex bonis ſe legi, nec penes me, ut nec Chriſtianum decet, latere uolui, plura & non ſpernenda reperiet quicunque apud Antonium Fumanellum medicum Veronenſem in opere ſuo de cõpoſitione medicamentorũ, &c. quod impreſſũ eſt Venetiis apud Hier. Scotum anno 1548. in forma octaua. de memoria agit charta 2. ſed receptas, ut uocant, tantum

deſcribit; hic ea non tranſcripſi, ne actum agerem, quamuis meis aliqua ex parte conſonent illius nonnulla. eligat quiſque quod ſibi conueniens ſit; & qui neſcit, medicum conſulat doctum, meminerit q; nihil ſine labore fieri aut parari dignum laude. nam omnia propoſuit labori Deus; nec ſunt ſpernenda media illi, qui finẽ aſſe qui deſiderat; cum nec iuxta phyſicos, ex extremo ad extremũ perueniatur ſine medio conueniente.

*Caput ſextum philaſophica conſilia, canones, et reminiſcentiæ præcepta narrabit,*

VT Ariſtoteli placet, duo ſunt memorationis actus, memoria ſcilicet & reminiſcentia; quan